Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



95

tamus lignum in panem eius. & eradamus eum
de terra uiuentium. & nomen eius non memoretur
amplius. Tu autem domine saba oth qui iudicas
iuste. & probas renes & corda. uideam ultionem
ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam domine deus

Passio domini nostri ihesu. secundum marcum. Vmus.

Ihillo. t. Erat pascha et alima post
biduum. & querebant summi sacerdotes
& scribe quomodo ihesum dolo tenerent & occi
derent. Dicebant enim. Non in die festo.
Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset ihs.
bethanie in domo symonis leprosi et recum
beret. uenit mulier habens alabastrum un
genti nardi spicati preciosi. & fracto ala
bastro effudit super caput eius. Erant autem
quidam indigne ferentes intra semetipsos.
& dicentes. Vt quid perditio ista ungenti
facta est. Poterat enim ungentum istud ue
nundari plusquam trecentis denariis. et
dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ihesus autem
dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis.